# The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

## Studium e
### cum uariis

Idcirco et desidiosus ingenium sepe accipit ut de negligencia iustius puniatur quia quod sine labore assequi potuit, scire contempnit. Et ideo non nunquam studiosus tarditate intelligentis premitur ut eo maiora premia retribucionis inueniat, quo magis in studio inuencionis elaborat. Nichil ergo est in terra sine causa quando et studioso tarditas ad premium proficit et desidioso uelocitas ad supplicium crescit.

Gregorius libro VI. moralium.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P $V^1$ $V^2$ $L^1$ $L^2$):

contempnit] contempsit P $V^1$ $V^2$ $L^1$ $L^2$; intelligentis] intelligentiae $V^2$ $L^1$ $L^2$; libro VI. moralium] in moralibus $V^2$ $L^1$ $L^2$